



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Vigessimvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM
LIBER VIGESIMVS.

Scoti.
Pictones.

Apud Parisios
Cæsar.



Superciliosa
erigens.

Bonnâ op.

Mordaces
furri.

Cubiculi
præpositus.

Ad spadonũ
arbitrium.

Scutarij.

HAEC PER ILLYRICVM, perq; Orientem rerum series fuit. Consulatu uero Constantij decies, terq; Iuliani in Britannis cum Scotorũ, Pictonũq; gentium ferarum excursu, rupta quiete, cõdita loca limitibus uicina uastarent, & implicaret formido prouincias præteritarum cladum congerie fessas, hyemem agens apud Parisios Cæsar, distractusq; in solitudines uarias uerebatur ire subsidio transmarinis, ut retulimus ante fecisse Constantium, ne rectore uacuas relinqueret Gallias, Alemãnis ad sæuitiam etiã tum incitatis, & bella. Mittere igitur ad hæc loca ad rationes componendas Ludicinum placuit, ea tempestate magistrum armorum, bellicosum sanè, & castrensis rei peritum, sed superciliosa erigentem ut cornua, & de Tragico, quod aiunt, cothurno strepitu, super quod diu ambigebatur, auarus esset potius, an crudelis. Moto ergo uelitario auxilio, Herulis scilicet, & Batauis, numerisq; Mœsiorũ pluribus, adulta hyeme dux antedictus Bonnã uenit, quæsitiscq; nauigij, & omni imposito milite, obseruato flatu secũdo uentorũ, ad Rutupinas sitas exaduerso desertur, petiq; Lugdunum, ut exinde suscepto pro rei qualitate consilio, festinaret ocus ad prociuentum. Quæ cum ita gerũtur, post Amidæ oppugnationem Vrsicinum ad comilitium principis & peditum magistrum reuersum, successisse enim cum Barbitioni prædiximus, obtrectatores excipiunt primo disseminãtes mordaces furros, dein propalam ficta crimina subnectentes, quibus Imperator ad sensus ex opinione pleraq; æstimasset, insidiãtibus palam Arbitionẽ, & Florentiũ officiorum magistrum quæsitores dederat spectaturos. Quas ob res oppidum est excisum, quibus apertas, probabilesq; refutantibus causas, ueritatisq; ne offenderetur Eusebius cubiculi tunc præpositus, si documenta suscepissent perspicue demonstrantia, Sabiniani p̄tinaci ignauia hæc accidisse, quæ cõtigerunt, a ueritate detorti, inania quædã, longeq; a negotio distãtia scrutabant. Qua iniquitate percitus qui audiebat, Et si me, inquit, despicit Imperator, negotij est tamen magnitudo, ut non nisi indicio principis nosci possit, & uindicari: sciat tamen uelut quodã præfagio, quod cum moeret super his quæ apud Amidam gesta, emendatãq; didicit fide: Diuq; ad spadonũ arbitrium trahitur defrustrandæ Mesopotamiæ proximo uere, ne ipse quidẽ cum exercitu, robore omniq; collecto optulari poterit præsens, relatis adiectis cum interpretatione maligna compluribus. Iratus ultra modum Constãtius, nec discussio negotio, nec patefieri quæ scientiam eius larebãt, permissis ad petita calumnijs, deposita militia digredi iussit ad ocium, Agilone ad eius locum moderandũ a se promotum ex gentiliũ Scutariorum

tariorum tribuno. Eodem tempore per Eoos tractus cælum subtextum caligine cernebatur obscura, & à primo auroræ exortu usque ad meridiem intermicabant iurgiter stellæ. hisq; terroribus accedebat, quod cum lux cælestis operiretur è mundi cõspectu, penitus luce abrepta defecisse diutius solem pauidæ mentes hominum æstimabant, primo adtenuatum in lunæ corniculantis effigiem, deinde in speciem auctum semestrem, posteaq; in integrum restitutum: quod aliàs non euenit ita perspicue, nisi cum post inæquales cursus intermenstruum lunæ ad id reuocatur initium certis temporum interuallis: id est, cum in domicilio eiusdem signi tota reperitur luna sub sole liniamenti obiecta rectissimis, atq; in his paulisper consistat minutis, quas geometrica ratio partes appellat. Ac licet utriusq; syderis conuersiones & motus, ut scrutatores causarum intelligibilibus aduerterant, in unum, eundemq; finem lunari cursu impleto, perenni distinctione conueniunt: tamen sol non semper his diebus obducitur: sed cum luna è regione uelut libramento quodam igneo orbi & aspectui nostro opponitur media ad summam, tum sol occultatur splendore suppresso: & cum ipse & lunaris globus astrorum omnium infimi parili comitatu obtinentes circulos proprios, saluâq; ratione altitudinis interiectæ iunctim locati, ut scienter & decore Ptolomæus exponit, ad dimensiones uenerint, quos

Ab aurora usq; ad meridiem.

Lunæ corniculantis effigies. Inter menstruum lunæ.

Scrutatores causarum.

Causa defectus solis.

augmenta uidelicet defectiua Græco dictitata sermone. & si contigua iisdem iuncturis præstrinxerunt spacia, dilucior erit defectus. Si uero articulis ipsis inhæserint, qui coactius ascensus uincunt & descensus, offenditur densioribus tenebris cælum, ut crassato aere, ne proxima quidem & adposita cernere queamus. Sol autem geminus ita uideri existimatur: si erecta celsius solito nubes, æternorumq; ignium propinquitate conlucens, orbis alterius claritudinem tanq; è speculo puriore formauerit. Nunc ueniamus ad lunam. Apertum & euidentem ita demum sustinet luna defectum, cum pleno lumine rotunda, soliq; contraria, ab eius orbe centum octoginta partibus, id est, signo septimo disparat. Et tanq; hoc per omne plenilunium semper eueniat, non semper deficit tamen. Sed quoniam circa terrenam mobilitatem locata, & à cælo totius pulchritudinis extrema, non nunq; ferienti se subserit, luci obiectum & è noctis in conum desinentis anguste latet parum perumbrata: cumq; nigra nigrantibus inuoluitur globis, si sol ferè inferioris curuamine circumfusis mole obliſtente terrena, radijs eam suis inlustrare non possit: quam nunq; habere proprium lumen opinioniones uariæ collegerunt. Et cum ad idem signum æquis partibus soli concurrerit, obscuratur (ut dictum est) penitus hebetato candore Mene græce. Synodos nasci autem putatur cum parua declinatione uelut à perpédiculo super erectum gerit solem. Exortus uero eius adhuc graciliscens primitus mortalitati uidetur, cum ad secundum relicto sole migrauerit signum. Progressus itaq; porrectius, iamq; abunde nitentes cornute habitum μηνος est appellata. Cum autem sole longo cœperit interstitio summoueri, & ad quintum peruenerit signum, radijs eius ad se conuersis, maius concipit lumen, & sit Græco sermone διχότομος, quæ forma semiorbem ostendit, procedens de

Dilucior defectus.

Sol geminus unde.

Causa defectus luna.

Disparatur.

An habeat proprium lumen luna. Synodos luna. Graciliscens exortus.

Dichotomos.

LI inde iam

Amphicyr- inde iam disunctissimóq; signo arrepto figuram monstrat *Αμφικυρτος*, utrinq;
tos. prominentibus gibbis. E regione uero cum normaliter steterit, cōtra lumine ple
E regione no fulgebit, domicilium septimi retinens signi, & in eodem cum agens etiā pau
normaliter. lulumq; progressa minuitur, quā habitu inuocamus *πανσέλκνος*, absq; ea idem
 formas repetit senescendo, graditurq; doctrina multiplici congruente, non sine
 tempore intermensurari deficere insanius quā lunam. Quod autē solem nunc
Syderea cor- in æthere, nunc in mundo interiore cursari prædiximus: sciendū est syderea cor
pora. pora, quantum ad uniuersitatem pertinent, nec occidere, nec oriri: sed ita uideri
 nostris obtutibus constitutis in terra, spiritus cuiusdam interni motus suspensa,
 rerumq; magnitudini instar exigui subdita puncti, nunc cælo infixas suspicere
 stellas, quarū ordo est sempiternus, aliquoties humana uisione languente disce
 dere suis sedibus arbitrari. Verum ad instituta iam reuertamur. Properantem
Suppetias Constātium Orienti ferre suppetias turbando propediem excursibus Persicis,
ferre. ut perfugæ continenter exploratoribus indicabant, urebat Iulianum uirtutes
 quas per ora gentium diuersarum famam celebrior effundebat magnorū eius
Adorez. laborum, factorumq; uehens adoreas celsas, post Alemannia quædam regna
 prostrata, receptaq; oppida Gallicana ante direpta à Barbaris & excisa, quos
Tributarij & tributarios ipse fecit, & uestigales. Ob hæc & similia percitus, metuensq; ne au
uestigales. gerentur in tumultus, stimulante (ut ferebatur) præfecto Florentio, Decentium
 tribunum & notarium misit, auxiliares exinde protinus abstracturum Herulos
 & Batauos, cumq; primigenis Celtas, & Leucios ex innumeris alijs tricenios, ac
 specie missos accelerare, ut adesse possint armis primo uere mouendis in Par
 thos, & super ex auxiliarijs quidā & tenchaterijs cogēdi ocyus proficisci, Lupici
Scutarij. nus contentus est solus transisse ad Britannias nondum cōpertus. De Scutarijs
 autem gentibus excerptere quenq; promptissimum, & ipse perducere singulos
Stabuli Cæ- iubetur. Cæsaris stabuli tunc tribunus conticuit: hisq; ad quietauerat Iulianus,
saris. potioris arbitrio cuncta concludens. Illud tamen nec dissimulare potuit, nec file
 re, ut illi nullas pateretur molestias. Qui relictis laribus transrhenanis, sub hoc
Relictis lari- uenerant pacto, ne ducerentur ad partes unquam transalpinas: uerendum esse
bus transrhe- affirmans, ne uoluntarij Barbari militares saepe sub eiusmodi legibus aduerti
nanis. transire ad nostra, hoc cognito deinceps arcerentur. Sed loquebatur incassum.
 Tribunus enim parui querelas Cæsaris ducens, Augusti iussis obtemperabat,
 & lecta expeditiore, manu, uigore, corporumq; leuitate præstanti, cum hisdem
 profectus est, spe potiorū erectus. Et quia sollicitus Cæsar, quid de residuis mitti
 præceptis agi deberet: perq; uarias curas animum uersans, ad tēte negociū tra
 ctari oportere censebat, cum hinc Barbara feritas, inde uictorum urget autori
 tas, maximéq; absentia magistri equitum dubitantem, redire ad se præfectum
 hortatus est, olim Viennam specie annonæ parandæ digressum, ut se militari
 eximeret turba. Perpendebant enim ad relationem, quam olim putabatur mi
 sisse, abstahendo se Galliarum defensione, pugnaces numeros, Barbarisq; iam
 formidatos. Qui cum suscepisset Cæsaris literas, monentis, petentisq; ut ueni
 re adceleraret, Remp. consilijs iuuaturus, obstinatissime detrectabat, ea ratione
 pauore

pauore mentis confusa, quod aperta scripta significabāt, ab Imperatore nusq̄
 diiungi debere præfectum in ardore terribiliū rerum adiectum: quod est, quod
 si procurare distimulasset, ipse p̄pria fronte proijceret insignia principatus, glo-
 riosum esse existimans iussa morte oppetere, quām prouinciarū interitum assi-
 gnari, sed uicit præfecti propositū pertinax, his quæ rationabiliter poscebantur
 parare contentione maxime reluctanti. Inter has tamen moras absentis Lupi-
 cini, motusq̄ militares tumentis præfecti Iuliano cōsiliorum admīniculo desti-
 tutus, ancipitiq̄ sententia fluctuans, id optimum factu existimauit, uita solēni
 cunctos ex stationibus egressos, in q̄bus hyemabāt, maturare disposuit. Hocq̄
 comperto, apud primigenorū signa famosum quidem libellum humi proiecit,
 occulta inter alia multa etiam id cōtinentē: Nos quidem ad orbis terrarum ex-
 trema ut noxiū pellimur, & imbelles: caritates uero uestre Alemannis denuo ser-
 uient, quas captiuitate prima post interneciuas liberauimus pugnās. Quo ex-
 tunc ad comitem perlato, Iulianus cōtemplans rationabiles querelas, cum fami-
 lijs eos ad Orientē proficisci præcepit, clauulari cursu facultateq̄ permīssa: & cū
 ambigeretur diutius qua pergerent uia, placuit notario, suggerenti Decētio, per
 Parisios homines transire, ubi morabatur adhuc Cæsar nusq̄ motus. Et ita fa-
 ctum est, hisdemq̄ aduētantibus in suburbanis princeps occurrit, ex more lau-
 dans quos agnoscebat, factorumq̄ fortium singulos monens animabat lenibus
 uerbis, ut ad Augustum alaci gradu pergerent, ubi potestas est ampla patens,
 & larga, præmia laborum adepturi dignissima: utq̄ honoratius procul habitu-
 ros tractaret, ad conuiuū proceribus cōrogatis petere, iure si quid in promptu
 esset edixit, qui liberaliter ita suscepti, dolore duplici suspensi discesserūt & mœ-
 sti, qd' eorū fortuna quædā inclemens, & moderari rectore, & terris genitalibus
 dispararet, hocq̄ angore impliciti, ut statim à sono cessarūt: nocte uero cœptan-
 te in apertum erumpere dissidium: incitatisq̄ animis, ut quenq̄ insperata res
 adflictabat, ad tela cōuertuntur & manus, fremituq̄ ingenti omnes petiuerant
 palatiū: & spacijs eius ambitis, ne ad euadendi copiam quisq̄ perueniret, Au-
 gustum Iulianum horrendis clamoribus concrepabant, eum ad se prodire festi-
 natius adigentes: expectarēq̄ coacti, dum lux promicaret, tandē progredi com-
 pulerunt. Quo uiso iterata magnitudine sonus Augustum appellauere confes-
 sione firmissima, & ille mente fundata uniuersis resistebat & singulis: nunc indi-
 gnari, sed metum ostendens, nūc manus tendens, oransq̄, & obsecrans, ni post
 multas felicissimasq̄ uictorias agatur aliquid indecorum, neue intempestiua
 temeritas & prolapsio discordiarū materias excitaret. Hæc q̄ adijciebat uidens
 sedatos leniter adloquutus: Cesset ira, quæso, paulisper, absq̄ dissensione, uel re-
 rum appetitu nouarum impetrabitur, fateor, quod postulatis: quoniā nos dul-
 cedo patriæ, & insueta peregrināq̄ metuēs loca, redire iam nunc adsidens nihil
 uisuri, quia displicet transalpinum, hocq̄ apud Augustum compotem rationis
 & prudentissimū ego competenti satisfactione purgavi. Condamabatur post
 hæc ex omni, parte nihilominus uno pariē ardore nitentibus uniuersis, maxi-
 mōq̄ cōtentionis fragore, probro cōuicijs mixto, Cæsar adsentire coactus est.

Dijungi
 nusq̄ ab
 impatore.

Famosus
 libellus,

Interneciuas
 pugnās.

Parisij.

Terris geni-
 talibus.

Lux promi-
 caret.

Augustus re- Impositóq; scuto pedestri. & sublatus eminent, pullo silente Augustus renun-
 nunciatus. ciat, iubebat diadema proferre, negansq; nunq; se habuisse uxoris collo uel
 capiti positum. Eóq; adfirmante primis auspicijs non congruente aptari mulie-
 bri mundo, equi phalera quærebatur uti cõgrua ornatus speciem saltem obscu-
 ram superioris prætederet potestatis. Sed cum id quoq; turpe esse adseueraret,
 Draconari*. Maurus nomine quidam, postea comes, qui rem male gessit, apud Succorũ an-
 gustias speculante, statim abstractum sibi torquem, quo ut draconarius uteba-
 tur, capiti Iuliani imposuit confidenter: qui trusus ad necessitatem extremam,
 iamq; periculum præsens uitare nõ posse aduertens, si reniti perseverasset: qui-
 nos omnibus aureos, argentumq; singulis populo permisit. hisq; gestis haud
 minor quàm cura constrictus, futuráq; celeri prouidens corde, nec diadema ge-
 stauit, nec procedere ausus usq; nec agere seria quæ nimis urgebant. Sed cum
 ad latebras secessisset occultas, accidentiũ uarietate perterritus Iulianus, aliquis
 Palatij decu- palatij decurio, qui ordo est dignitatis, pleniore gradu signa Petulantium ingres-
 rio. sus, atq; Celtarum facinus indignũ turbulente exclamat, pridie Augustum eo-
 rum arbitrio declaratum clam interemptũ. Hocq; comperto, milites quos igno-
 ta pari sollicitudine mouebant & nota: pars crispantes missilia: alij minitantes nu-
 datis gladijs diuerso uago, ut in repentino solet excursu, occupauere uolucriter
 regem: strepitumq; immani excubitores percussi, & tribuni, & domesticorum co-
 mes Excubitor nomine, ueritq; uersabilem perfidiam, milites euanescere metu
 Dispalati metu mor- mortis subitæ dispalati. Viso tamen ocio summo, quieti steterè paulisper arma-
 tis. & interrogati quæ causa esset inconsulti motus, & repentini, diu tacendo hæsi-
 tantes super salute principis, non antea discesserunt, quàm acciti in cõsistorium
 fulgentem eum Augusto habitu conspexissent. His tamen auditis, etiã illi quos
 ante egressos retulimus duces, simul cum eo iam securi Parisios reuenterentur:
 edictóq; ut futura luce cuncti conuenirent in campo, progressus princeps ambi-
 tiosius solito, tribunal adscendit, signis aquilisque circumdatus, & uexillis, septusq;
 Interquele- totius armatarum cohortium globis. Cumq; interqueiuisset paululum, dum
 uisset. alte contemplatur præsentium uultus alacres omnes uisos & latos, quasi lenius
 Verba impe- uerbis (ut intelligi possit) simplicibus incedebat. Res ardua poscit & flagitat pro-
 ratoris simi- pugnatores mei, reiq; publicæ fortes & fidi, qui mecum pro statu prouinciarũ
 plicia. uitam sæpius obiecistis: quoniam Cæsarem uestrum firmo iudicio ad potesta-
 tum omnium culmen sustulistis. Præstringam pauca caute & summatim, ut re-
 media permutatæ terræ nõ frustra colligantur. Vix dum adolescens specietenus
 purpuratus (ut nostis) uestre tutelæ nutu cælesti commissus, nunq; a proposito
 recte uiuendi deiectus sum: uobiscum in omni labore perspicuus, cum dispersa
 Hyeme cru- gentium confidentia post ciuitatum excidia, peremptaq; innumera hominum mil-
 da. lia, paucáq; semi integra sunt relicta, cladis immensitas persultaret. & retexere
 superfluũ puto, quoties hyeme cruda, rigentiq; cælo, quo tempore terræ ac ma-
 ria opere Martio uacant, indomitos antea cum iactura uirium suarum repulsi-
 mus Alemannos. Id sanè nec prætermitti, nec taceri, quod cum prope Argento-
 racum illuxisset ille beatissimus dies, uehens quotidiano modo Gallis perpetuã
 libertatem,

libertatem, inter confertissima tela me discurrete, uos uigore ususque diuturnitate fundati, uelut incitatos torrentes hostes abruptius inundantes, superastis ferro prostratos, uel fluminis profundo submersos, paucis relictis nostrorum, quorum exequias honestauimus celebri potius laude, quam luctu. Post qua, opinor, tanta & talia nec posteritatem taciturnam de uestris in Remp. meritisque gentibus cunctis plene, quam altiore fastigio maiestatis ornastis, uirtute, grauitateque si quid in uersum ingruerit, defendatis. Ut autem rerum integer ordo seruetur, praemia quae uirorum fortium maneat incorrupta, nec honores ambitio praeripiat clandestina: id sub reuerenda consilij uestri facie statuo, ut neque ciuilibus quisque iudex, nec militiae rector, alio quodam praeter merita suffragante ad potiore ueniat gradum, non sine detrimento eorum qui pro quolibet petere tentauerit discessurus. Hac fiducia spei maioris animatus inferior miles, dignitatum iam diu expers, & praemiorum, hastis feriendos clypeos sonitu adsurgens ingenti, uno propemodum ore dictis fauebat & coeptis: statim ne turbandum dispositioni consulta tempus saltem breue conceditur, pro actuarijs obseruare Petulantes, & Celtae rectori, quas placuisset prouincias mitterentur: quo non imperato abiire nec offensi, nec tristes. Nocte tamen quae declarationis Augustae praecesserat diem, iunctoribus proximis retulerat imperator per quietem aliquem uisum, ut formari Genius publicus solet, haec obiurgando dixisse: Olim Iuliane uestibulum aedium tuarum obseruo, latebre augere tuam gestiens dignitatem: & aliquoties tantum repudiatus abscessissem, nec nunc quidem recipior, sententia concordante multorum ibi demissus & moestus. Id tamen retineo in meo corde, quod tecum diutius non habitabo. Haec dum per Gallias agerentur, intente truculentus rex ille Persarum incensio Antonini aduentu Grangasij duplicato ardore obtinenda Mesopotamiae flagrans, dum ageret cum exercitu procul Constantius armis multiplicatis & uiribus transmissis soleniter Tigride, oppugnandam adoritur Singaram, militem usuique congruis omnibus existimare, qui regionibus praerant, abunde munita. Cuius propugnatores uiso hoste longissimo, clausis ocyus portis, ingentibus animis per turre discurrebant: & minas, saxa, tormentaque bellica congerentes, cunctisque praestructis stabant omnes armati, multitudinem armatorum propellere, si moenia subire tentasset. Aduentans itaque rex, cum per optimates suos propius admissos, pacatiore conloquio flectere defensores ad suum non potuisset arbitrium, quibus diem integrum dedit: inde matutinae lucis exordio, signo per flammam erecto uexillum, circumaditur ciuitas a quibusdam uehentibus scalas, alijs componentibus machinas, plerisque obiectu uinearum pluteorumque tectis, iter ad fundamenta parietum quaerentibus subuertenda. Contra haec oppidani superstantes propugnaculis celsis, lapidibus eminus telorumque genere omni ad interiora ferocius se proripientes arcebant, & pugnabatur euentu ancipiti, diebus aliquot hincinde multis amissis & uulneratis, postremo seruente certaminum mole, & propinquante iam uespera, inter machinas plures admotus aries robustissimus, orbiculatam turrim feriebat ictibus densis, reueratam urbem obsidio superiore docuimus, ad quam conuersa plebe, dimicabatur artissime: faces quae

Clypeus feriens
di hastis.

Genius publicus.

Incensio

Flammam ue
xillum signum
belli.

Admotus
aries.

Crebritas
glandis.
Coagmēta.
Mador.

Nisibin cl.
Sub pellib⁹
agens exerci
tus.

Legio Flauia

Caduceato/
res.
Obsidiū sol
uerent.

Sagittarum
nymbi.

cum tedis ardentibus & malleolis ad exurendū imminēs malum undiq; conuo-
labant, non sagittarū crebritate nec glande hincinde cessante. Vicit tamē omne
prohibendī cōmentum acumen arietis, coagmenta fodiens lapidum recenter
structorum, madorēq; etiam tum infirmū, dumq; adhuc ferro certatur & igni-
bus, turris conlapsa cum patuisset, & iter in urbem nudato propugnatoribus lo-
co, quos periculi discecerat magnitudo, Perfarū agmina undiq; ululabili damo-
re sublato, nullo cohibente cuncta oppidi membra compleuit: cæsisq; promi-
sue paucissimis, residui omnes mandato Saporis uiui cōprehensi, ad regiones
Perfidis ultimas sunt asportati. Tuebatur autem hanc ciuitatem legiones duæ.
Prima Flauia, primaq; Parthica ex indigenis plures, cum auxilio equitum ilico
ob repentinū malum indusorum, qui omnes, ut dixi, uinctis manibus ducebantur,
nullo uiuenti nostrorum. Nisibin enim sub pellibus agens, pars maior exerci-
tus custodiebat interuallo perquam longo discretam, alioquin nunq; labētes
in Gange, uel temporibus prisca quisq; ferre auxilium potuit, aquarum penu-
ria cunctis circumarentibus locis. Et licet ad præsciscendos aduersos, subitosq;
motus, id monumentum opportune locauit antiquitas, dispendio tamen fuit
rei Romanæ, cum defensorum iactura aliquoties interceptum. Exciso itaq; op-
pido, rex Nisibin prudēti consilio uitans, memor nimirū, quæ sæpius ibi pertu-
lerat, dextrū latus itineribus petit obliquis, Bambycā, quā sacram urbē instituto
res ueteres appellarūt, ut uel promissorū dulcedine inlectis defensoribus reten-
turus monumentū, impendio ualidum in colle mediocriter ædito positum, uer-
gensq; in Marcenis Tigridis aquæ, ubi loca suspecta sunt & humilia, duplici
muro uallata, ad cuius tutelam tres legiones sunt deputatæ, secunda Flauia, se-
cundāq; Armeniaca, & Parthica fidem secunda cū sagittarijs pluribus Zabdi-
cenis, in quorum tunc solo nobis obtemperantiū hoc est municipium positum.
Primo igitur impetu cum agmine cataphractorum fulgentium, Rex ipse subl-
mior cæteris castrorum ambitum circūcursans, prope labra ipsa fossarum uenit
audentius, peritusq; balistarum ictibus certis, & sagittarum densitate opertus,
armorum in modum testudinis contextorum abscessit innoxius, ita tamē dum
sequestrata caduceatoribus missis ex more clausos blandius hortabatur, ut ui-
tæ speiq; consultori obsidium deditioe soluerent opportuna, referatisq; por-
tis egressi supplices, uictori gentium semet offerent, quibus adire propius ausis
defensores mœnium ideo pepercerunt, quod cohærenter sibi uinctos duxerat
iste innocuos ingenuos, signare captos. Eorum enim miseratione telum nemo
contorsit, nec super pace respondit. Deinde datis inducijs diei totius, & noctis,
ante alterius lucis initium Perfarum omnis adortus auide uallum, acriterq; mi-
nans ac fremens, ubi ad ipsa mœnia confidenter accessit, dicebat, Vi magna resi-
stentibus oppidanis extulit: quare sauciebantur pleriq; Parthorum, quod pars
in scalas inuehentes, alij opponētes uimineas crates, uelut cæci pergebāt intror-
sus, nec nostris innocuis. Sagittarū enim nympi crebrius uolitantes, stantes con-
fertius peruorabāt: partibusq; post solis occasum æqua iactura digressis, appe-
tente postridie luce, ardentius multo q; antea pugnabatur. Hincinde cōcinenti-
bus tubis,

bus tubis, nec minores strages utrobique uisae sunt, ambobus obstinatissime conluctatis. Verum secuto die, ocio communi ad sensu post erunas multiplices attributo, cum magnus terror circumlisteret muros, Persaeque formidarēt, Christianae Antistes Christianae legis ad regē se uelle gestibus ostendebat & nutu, acceptaque fide, quod redire permitteretur incolumis, usque ad tentoria regis adcessit, ubi data copia dicendi quae uellet, suadebat placido sermone discedere Persas ad sua: post communes partis utriusque luctus, formidari etiam maiores adfirmans, forsitan aduentu posse perstabat incassum. Haec multa similia differendo, efferata uesania regis obstante, castrorum excidium digredi pertinaciter adiurantis. Perstrinxit tamen suspicio uana quaedam episcopum, ut opinor, licet adseueratione uulgata multorum, quod Episcopus proditor. clandestino colloquio Saporem docuerat, quae moeniū adpeteret membra, ut fragilia intrinsecus & inualida. Hocque exinde uerisimile uisum est, quod postea inutilis carieque nutantia cum exultatione magna uelut regentibus penetrabiliū callidis, contemplantur machinae feriebant hostiles. Et quancumque angustae clades Contemplantur Manualia saxa. difficiliorē aditum dabant ad muros, aptaque arietes aegre promouebantur manualium saxorum, sagittarumque metu arcente, nec balistae tamen cessauere, illa tela torquentes, hi lapides crebros, qualisque simul ardentis pice & bitumine inliti, quorum adsiduitate perprodiue labentium machinarum haerebant, uelut altis radicibus fixae, easque malleoli & faces iactae obstinatius exurebant. Sed cum haec ita essent, caderentque altrinsecus, multi ardebant, magis oppugnatores naturali situ & ingenti opere munitum oppidum, ante brumales idus excindere rabiem regis, non ante sedari credentes. Quocirca nec multa cruoris effusio, nec confixi mortiferis uulneribus, plurimi ceteros ab audacia parili reuocabant. Sed diu cum exitio decernentes denso saxorum moralium pondere, fomentisque ignium uariis ire protinus uetabantur. Verum unus aries residuis celsior, humectis taurinis operus exuuijs: ideo minus casus flammeus aut tela ante gressus omnes respit nixibus magnis ad murum: uastoque acumine coagmenta lapidum fodiens, turrim laxatam euertit: quae sonitu lapsa ingenti, superstantes quoque repentina ruina deiecti, diffracti, uel obrupti, mortibus interiere diuersis, & inspiratis: inuētoque tutiore adscensu armata inruit multitudo: trepidis deinde superatorum auribus ululantium undique Persarum intonante fragore, artius praelium intra muros exarsit hostium: nostrorumque cateruis certantibus cominus, cum confertis inter se corporibus, hinc indeque stricto mucrone nulli occurrentium parceretur: magna denique mole ancipiti diu exitio renitentes obsisti: postremo plebis immensae ponderibus effusae disiecti sunt, & post haec iratorum hostium gladii, quicquid inueniri poterat concidebant, abreptisque sinibus matrum paruuli, ipsae quoque Abrepti paruuli. matres trucidabantur, nullo quod ageret, inspectante. Interea tam funesta gens rapiendi cupidior onusta spoliis omnium captiuorumque, examen maximum ducens, tentoria repetiuit exultans. Rex tamen gaudio insolenti est laetatus diu desiderio capiendae Phoeniciae flagrans munimenti periculis tempestiui, non ante discessit quam labefacta murorum parte reparata firmissime, alimentisque adfatim conditis, armatos sibi locaret insignis origine belli,

Ll 4 artibusque

artibusq̄ claros. Verebatur enim, quod accidit, ne amissione castrorum ingen-
tium ferentes ægre Romani, ad eadem obsidenda uiribus magnis adtingeren-
tur. Latius se proinde iactans, additq̄ spe, quicquid aggredi posset, adipiscen-
di: interceptis castellis alijs uilioribus, Euleū tamen adoriri disposuit munimen-
tum ualde uetustum, ut ædificatum credatur à Macedone Alexandro, in extre-
mo quidem Mesopotamiæ situm, sed muris uelut sinuosis circūdatum, & cornu-
tis, instructioneq̄ uaria inaccessum. Quod cum omni tentaret arte, nunc pollici-
tationibus defensores adlitiens, nūc pœnas cruciabiles minitās, aliquoties strue-
re aggeres parans, obsidionalesq̄ mouens machinas, multis acceptis uulneri-
bus, quàm inlatis omisso uano incepto tandem abscessit. Hæc eo anno inter Ti-
grim gesta sunt, & Euphraten. Quæ cum frequentibus nuncijs didicisset Con-
stantius, metuens expeditiones Parthicas, hyemem apud Constantinopolim
agens, impēsiore cura militem instruebat cum omni apparatu bellorum, arma
quoq̄ & tyrocinia cogens, legionesq̄ augens iuuentutis ualidæ supplementis,
quarum stataria pugnæ per Orientales sapius emicuerit: procinctus auxilia su-
per his Scytharū poscebat mercede uel gratia, ut adulto uere profectus, & hor-
tatus loca suspecta protinus occuparet. Inter quæ Iulianus apud Parisios Hy-
bernis locatis summa, quorsum cœptorum euaderet pertimescens, erat anxius,
nusquàm adfensurum Constantium factis multa uolendo cōsiderans, apud
quem sordebat ut infimus & contemptus. Circūspectis itaq̄ trepidis rerum no-
uarum exordijs, legatos ad eum mittere statuit gesta docturos, eisq̄ concinen-
tes literas dedit: quid factum sit, quid ue fieri poterat, deinceps monēs apertius
& demonstrans: quanq̄ hæc dudum comperisse opinabatur, relatu Ducentij
olim reuersi, & cubiculariorum recens de Gallijs progressorū, qui ad Cæsarem
aliqua portauere solennia: & quanq̄ non repugnāter, tamen nec adrogantibus
uerbis quicquàm scripsit, ne uideretur subito declinasse. Erat autem literarū sen-
sus huiusmodi: Ego quidem propositi mei fidem, nō minus moribus quàm foe-
derum pactis, quoad fuit, unum semper atq̄ idem sentiens, conseruauit ut effe-
ctu multiplici claresceret euidenter. Iamq̄ inde uti me ornatum Cæsare pugna-
rum horrendis fragoribus obiecisti: potestate delata contentus, currentium ex
uoto prosperitatum nuncijs crebris, ut apparitor fidus, tuas aures impleui, nihil
usquam periculis meis adsignans, cum documentis diffusis cōstat, permixtisq̄
passim Germanis: in laboribus me semper uisum omniū primum, in refectione
postremum. sed bona tua uenia dixerim: si quid nouatum est nunc, ut æsti-
mas, in multis bellis & asperis, ætatem sine fructu conterens, miles olim decre-
tum impleuit fremens, secundiq̄ impatiens loci rectorem: cum nullas sibi uices
à Cæsare diuturni sudoris & uictoriarum frequentium rependī posse contem-
plaretur: cuius iracundiæ nec dignitatum augmenta, nec annum merentis sti-
pendium. Id quoq̄ inopinum accessit, quod partes orbis eo in postremas ue-
nire homines iussi, adsueticq̄ glacialibus terris, spectandi undiq̄ liberi & coniu-
ge egentes trahebantur & nudi. Vnde solito sæuius efferati nocte in unū conle-
cti palatiū obsedere, Augustū Iulianū uocibus magnis adpellātes, & crebris, co-
horruī, fateor,

Euleum.

Obsidiona-
les machinæTyrocinia co-
gens.
Stataria pugnæ.
Adulto ue-
re.
Iulianus.Literæ Iulia-
ni.In laboribus
primus.

horruī, fateor, & secessi amandatus, quod potui, salutem cum latibulo quæritabam & latebris. Cumq; mille darētur induciæ, libero pectoris muro, ut ita dixerim, septus: progressus ante conspectum omnium steti, molliri posse tumultum autoritate ratus, uel sermonibus blandis: exarsere mirūimmodum eouq; profecti, ut cum precibus uincere pertinaciam conabar, instanter mortem cōtiguīs aduultibus intentarent. uictus deniq; mecum ipseq; cōtestans, quod taliter cōfuso me forsitan libens declarabitur princeps, ad sensus sum uim lenire superatus armatā. Gestorū hic textus est, quē mente, quæso, accipito placida. Nec actum quicquā secus existimes, uel susurrātes pernicioſa malignos admittas ad compendia sua excitare secessiones principum aduuetos: sed aduultione uitiorum alacri cæde pulsa, excellentissimam uirtutum omnium aduerte iustitiam: & conditio num æquitatem, quā propono, bona fide suscipito, cum animo disputans. Hæc Romano statui prodesse nobis, qui charitate sanguinis, fortunæ superioris culmine sociamur. Ignosce enim, quæ cum ratione poscuntur, non tam fieri cupio, quā à te utilia probari & recta. Auide tua præcepta deinde suscepturus, quæ necesse fieri, in compedium redigam breue: equos præbebo curules: Hispanos & miscendos gentilibus atq; scutarijs adolescentes lectos quosdam, cis Rhenū æditam, Barbarorumq; progeniem, uel certe ex delitijs qui ad nostrā desciscūt. Ex hac aduſq; exitum uitæ me spondeo, non modo gratia, uerum cupio quoq; facturū præfectos prætorio, æquitate & meritis notos: tua nobis dabit clementia residuos ordinarios iudices, militiæq; moderatores promouendos arbitrio meo concedi est consentaneum, itidemq; stipatores. Stultum enim cum ante caueri possit ne fiat, ad latus imperatoris ascisci, quorum mores ignorantur & uoluntates. Hoc sanè sine ulla dubitatione firmauerim, tyrones ad peregrina & longinqua Galli mittere diuturna perturbatione, casibusque uexati grauissimis, nec sponte sua poterunt, nec coacti: ne consumpta penitus iuuentute affligantur, præterita recordantes ita desperatione impendentium, nec Parthicis gentibus opponenda auxilia. Hinc acciri cōueniret, cum adhuc nec Barbarici sunt impetus interclusi. & si dici quod uerum est pateris, hæc prouincæ malis iactatæ, cōtinuis externis indigent adiuuentis & fortibus. Hæc hortando, ut æstimo, salutariter scripsi poscēs & rogans. Scio em̄, scio, ne quid sublatius dicam, cum imperio cōgruens, quas res acerbitatis iā conclamaras & perditas cōcordia uicisset sibi cedentium principum, meliorē reuocauit in statum, cum appareat maiorum exemplo nostrorū moderatores. Hæc & similia cogitantes, fortunæ beatēq; uiuendi reperire quodammodo uiam, & ultimo tempori, posteritatiq; iucūdam sui memoriā cōmendare. His literis iunctis, secretiores alias Constatio offerendas, clanculo misit obiurgatorias & mordaces: quarū seriē nec scrutari licuit, nec licuisset, proferre decebat in publicū. Ad id munus implendū electi uiri sunt graues, Pentadius officiorum magister, & Eutherius cubiculi tunc præpositus. post oblatas literas reluctari nullo suppresso quæ uiderūt, & super ordine futurorū fidenter acturi auxerat. Inter hæc cœptorum inuidiam Florentij fuga præfecti, qui uelut præfagiēs cōcitando motus ut militem ut sermonetenus iactabatur, accitum

Libero pectoris muro septus.

ais t alter
ais t sperans

Sufurrantes non admittas.

Excellentissima uirtutum iustitia.

Salutariter scripsi.

Obiurgatorias & mordaces literas. Officiorum magister.

Sermonetenus iactabatur.

Res alimen- accitum cōsulto discefferat Viennā, alimentariæ rei gratia, diuelli causatus à Cæ-
 taria. sare, quæ sæpe tractatum asperius formidabat. Dein cum comperisset eum ad
 Augustū culmen euectum, exigua ac propè nulla uiuendi spe uersus in metum
 ut longe disiunctis malis sc̄q̄ suspicabat, exemit. & necessitudine omni relicta
 digressus uenit ad Constātiū itineribus lentis: utq̄ se nulli obnoxium culpæ
 Perduellis. monstraret, Iulianum ut perduellem multis criminibus adpetebat. Cuius post
 Adpetere. abitum bene Iulianus cogitans & prudēter, sc̄iriq̄ uolens quod præsentī peper-
 cisset caritati eius, cum re familiari intacta publico cursu usu permissō ad Orien-
 tem redi tutius impetrauit, nec minori studio sicut legati hæc secum ferētes quæ
 prædiximus, intētiq̄ ad uiandū. Cum uenirēt ad iudices celsiores, oblique tene-
 bantur, morasq̄ ad Illyricum per Italiam perpeffi diuturnas & graues: tandem
 Cæsarea. transfretati Bosphorū, itineribusq̄ lentis progressi, apud Cæsariam Cappado-
 Mazaca. ciæ etiā tum degentem inuenere Constantiū, Mazacam antehac nominatā, op-
 portunā urbem & celebrem, sub argumentis euidentibus sitam. Qui intromissi
 Excādescen- data potestate offerunt scripta. Hisq̄ recitatis, ultra modū solitæ indignationis
 tia Constātij excanduit imperator, limisq̄ oculis eos adusq̄ metum contuens mortis egredi
 ex literis, iussit, nihil post hæc percontatus uel audire perpeffus: tamē ardentē cōtatione
 stringebatur ambigua, utrum in Persas, an cōtra Iulianū moueri iuberet acies.
 Perpensis cō Quibus ualebat, hestitansq̄ diu perpensis consilijs, flexus est quorundā senten-
 silijs. tia utilia suadentiū, & iter Orientē uersus edixit. Statim tamen & legatos absol-
 uit, & Leonam quæstorē suū in Gallias cum literis datis ad Iulianū pergere ce-
 leri statuit gradu, nihil nouaturū se adferens suscepisse, sed eum (si salutē suā, pro-
 ximorumq̄ consulit) tumentī flatu deposito, intra Cæsaris se potestate contine-
 re præcipiēs. Vtq̄ id facile formido intentatorū efficeret, uelut magnis uiribus
 Tumentī fla- fretus, in locū Florentij præfectū prætorio Nebridiū tum quæstorem eiusdem
 tu. Cæsaris promouerat, & Felicem notariū officiorū magistrum, & quosdā alios.
 Felix nota- Gumobariū enim successorē Lupicini, anteq̄ sciretur huiusmodi quicq̄, magi-
 rius. strum prouexit armorū. Ingressus itaq̄ Parisios Leonas, susceptus ut honora-
 tus & prudēs: postridie principe progresso in campū cum multitudine armata
 pariter & plebeia, quā de industria cōuocarat, & tribunali ut emineret altius, su-
 perstāti, scripta iubet offerre. Replicatōq̄ uolumine edicto quod missum est,
 & legi ab exordio cepto: cum uentū fuisset ad locū, id quod gesta omnia Con-
 Cæsaris po- stantius improbens, Cæsaris potestate sufficere Iuliano censebat: exclamabat
 testas. undiq̄ uocū terribiliū sonus: Auguste Iuliane, ut prouincialis & miles, & Reip.
 decreuit autoritas: recreata quidē, sed adhuc metuētes rediuiuos Barbarorū ex-
 cursus. Quibus auditis Leonas cū Iuliani literis hæc eadē inuocātibus reuerti in
 loco missō, solusq̄ admissus est ad præfecturā Nebridius, id em̄ Cæsar quoq̄
 scribēs ex sentētia sua fore aperte prædixit. Magistrū enim officiorū iam pridē
 Anataliū. ipse Anataliū ordinauit, libellis antea respondentē, & quosdā alios, ut sibi utile
 uidebatur & tutū. Et quoniā cum hæc ita procederēt, timebatur Lupicinus, licet
 absens, agēs q̄ etiā tum apud Britānos homo superbæ mētis & turgidus: eratq̄
 suspicio, qd̄ si hæc trās mare didicisset, nouarū rerū materias excitaret: notari⁹
 Bononiam

Bononiā mittitur, obseruatur solícite ne quisq̃ fretū Oceani trāsire permittere tur. Quo uetito reuersus Lupicinus, anteq̃ quorū quicquā sciret, nullus ciere potuit turbas. Iulianus tamē tam celsiore fortuna, militisq̃ fiducia lætior, ne in repesceret, neue ut remissus argueretur & deses, legatis ad Constantium missis, in limitem Germaniæ secūda est egressus, omniq̃ apparatu quem flagitabat, instans negocium commonitus Talsandro oppido propinquabat: Rheno deinde transmissio, regionem subito peruasit Francorū, quos Ansuarios uocant. Incertorum hominū licentius etiam perscrutantiū extima Galliarū, quos adortus subito nihil metuentes hostile, nimiumq̃ securos, quod scrupos amniū difficultate arcente, nullum ad suos pagos introisse meminerāt principem, superauit negociū leui: captisq̃ plurimis & occisis, orātibus alijs, qui superfuere, pacem ex arbitrio dedit, hoc prodesse possessoribus finitimis arbitratus, unde reuersus pari celeritate per flumen, praesidiāq̃ limites explorans diligenter & cōniuens, ad Rauracos uenit. locisq̃ recuperatis, quæ olim Barbari incepta retinebant ut propria, hisdemq̃ pleniore cura firmatis, per Besantionem Viennā hyematurus abcessit. Hic per Gallias erat ordo gestorū, quæ dum ita prospere succedunt & caute, Constantius accitum Arascem Armeniæ regem, summāq̃ liberalitate susceptū, præmonebat & hortabatur, ut nobis amicus esse p̃seueraret, & fides: audiebat enim sapius eum tentatum à rege Persarū fallacijs, & minis, & dolis, ut Romanorū societate posthabita, suis rationibus constringeretur. Qui crebro adiurans animam prius posse amittere, quā sententiā mutaturū, cum comitibus quos duxerat redit ad regnum, certus non temerare fœdus: postea præmissorum oblitus, gratiarum multiplici nexu Constātio, inter quas illud potius excellebat, quod Olympiada Ablabi filiam præfecti quondā prætorio, eiq̃ copularat coniugem sponsam fratris sui Constantis: quod missio à Cappadocia ipsa per Melitinam minoris Armeniæ oppidum, & Orchistena, & Samosata transmissio Euphrate Edessam uenit: ibiq̃ dum agmina undiq̃ conuenientiū, & rei cibariæ abundātes copias opperitur diu moratus, post æquinoctium egreditur autumnale, Amidam petēs. Cuius cum prope uenisset mcenia fauillis operata conlustrans, flebat cum gemitu, reputās quales miseranda ciuitas pertulerat clades. ibi tunc forte Vrsulus præsens, qui ærarium tuebatur: En quibus animis urbes à milite defenduntur, cui ut abundare stipendiū posset, imperij opes iam fatiscunt? Quod dictum ita amarum militaris multitudo postea apud Calcedonam recordata, ad eius exitium consurrexit. Exinde conchis confertis incedens, cum Bambicam aduētaret, fixis tentorijs, uallo fossarūq̃ altitudine circumseptis, obequitans castrorū ambitu longius, docebatur elatione multorū instaurata esse firmitus loca: quæ antehac incuria corruperat, uirtute correxit. & ne quid omitteret quod ante feruorem certaminū erat necessario præstruendū, uiris prudentibus missis conditione posita dupla, cogebat mceniū defensorem redire ad suos: alienis sine cruore concessit, ut in ditionē uenire Romanā dignitatibus augēdis præmio, atq̃ cū illi destinatione natiua remitterent ut damnati, periculisq̃ laboribus cuncta obsidioni congrua parabantur. Densis itaque ordinibus

Bononiai

Germania
secunda.Extima Gal
liarum.
Scrupi
amniū.
Superat Frā
cos Iulianus

Res cibariæ

Imperij
opes.

ordinibus

ordinibus cum tubarum incitamentis latera oppidi cuncta adortus, alacris miles legionibus in testudines varias conglobatis, paulatim tuto progrediens, subruere moenia conabatur: & qui telorum omne genus in subeuntes effundebatur, nexu dypeorum soluto discessum est, ni receptum canentibus signis. Laxatis deinde ad diem unum animis, tertia luce curiosius retro elatis passim clamoribus, ascensus undique tentabatur. Et licet defensores obtentis animis ne conspicerentur ab hostibus, latebant interim: sed tamen quoties flagitabat lacertorum necessitas fortiter exertantes, lapidibus subiectos incessabant, & telis, & uimineis, cratesque cum procederent confidenter, essentque parietibus contigua dolia desuper cadebant mole & columnarum fragmenta: quorum ponderibus nimis obruebantur pugnatore, hiatuque uiolento disiectis operimentis cum periculis ultimis euadebant. Decimo itaque postquam oppugnari die coeptum est, cum spes nostrorum interior cuncta morore completeret, transferri placuerat molem arietis magnam, quam Persae quondam Antiochia pulvis eius excisa deletam reliquerant apud Carras: quae subito uisa, artataque faberrime clausorum hebetauerat mentes adusque deditiois remedia penes prolapsa, ne resumptum uiribus opponendas machinas hyeme praeparassent, nec temeritas post haec cessauerat, nec consilium: namque dum instrueretur aries uetustus & dissolutus, ut facile ueheretur, omni argenteo, omnique uirium nixu & oppugnaturum ueniet, firmitudine summa defensabatur. Tormenta nihilominus & lapidum crebritas atque fundarum ex utraque parte plurimos consumebant, & aggerum moles incrementis celeribus consurgebant, acriorque indies adolefcebat obsidio multis nostrorum idcirco cadentibus: quod decernentes sub imperatoris conspectu praemiorum, ut possint facile qui essent agnosci intendentes galeis, capita sagittariorum hostilium pericia fundebantur. Proinde dies & noctes intente uigiliis cautiore stantes utrobique faciebant, & pro se aggerum altitudine iam in sublime porrecta, machinaeque ingentes horrore percussos, qui minores quasque sequebantur, omnes exurere, quis maxime nitebantur: & adsidue malleos atque incendiaria tela torquentes laborabant incassum arcere, quod iuncis corticibus & centonibus erant operatae materiae plures, aliae uinctae alumine diligenter, ignis ut eas lamberet innoxius. Verum has & mouente fortitudine magnam Romani licet difficile defensabant: tamen cupiditate potiundi oppidi, ne prompta quidem pericula contemnebant, & contra propugnatores cum iam discursurus turrim oppositam aries maximus adtentaret praeminentem eius ferream frontem, quam reuera formam efficit arietis, arte subtili illaqueata altrinsecus retinere longis, ne retrogradies resumeret uires, neue ferire muros adsultibus densis contemplabiliter possit: fundentesque feruentissimam picem & diu promotam machinae stabant, saxa muralia perferentes, & tela. Iamque aggeribus cumulatius excitati defensores, ni uigilassent, exitium ad fortia sperantes in audaciam ruere praecipite, & repentino decursu portis effusi, primosque adorti nostrorum faces, sitelasque ferreas onustas ignibus in arietem magnis uiribus iaciebant. Verum post ambiguae praelij uirtute plurimi nihil impetratum intra moenia repellunt: moxque ex aggeribus quos erexerat Romani, idem per se propugnaculis

Adolefcebat
obsidio in/
dies acrior.

Incendiaria
tela.
Centonibus
operatae mate-
riae.

Forma arie-
tis.

Adsultibus
densis.

gnaculis insistentes sagittis incessebantur, & fundis, telisque igniferis, quæ per te-
 gumenta turrium uolitantia paratis qui restinguerent, plerumque inrita labeban-
 tur. Cumque pauciores utrobique fierent bellatores, & Persæ truderentur ad ulti-
 ma, ni potior ratio succurrisset, impensiore opera, procurfus tentabatur exca-
 stris: & eruptione subita multitudinis facta, inter armatos qui portabant ignes
 ampliores ordinarijs, iaciebantur corbes in materias ferreae plenae flammarum,
 & sarmenta, aliaque ad ignes concipiendos aptissima. Et quia conspectum abstu-
 lerant fumi nigerrimæ nubes, clausi ea excitantia in pugnam, legiones procin-
 cte celeri gradu uenerunt. & subcrescente paulatim ardore bellandi, cum uentum
 fuisset ad manus, repente machinæ omnes effusis ignibus urebantur, præter ma-
 iorem, quam direptis restibus, quibus è muro iactis implicabatur, uirorum for-
 tium acrior nisus ægre semiustam extraxit. at ubi nocturnæ tenebræ finem præ-
 lijs attulerunt, non in longum miles quicuit, cibo enim exiguo refectus & somno,
 rectorum monitu excitus munitiones è muro alonge demouit, dimicare succin-
 ctius parans per sublimes aggestus, qui iam consumati muris altius immine-
 bantur, quæ facile defensori mœnia pelleretur, in ipsis aggerum summitatibus
 binæ sunt locatae balistæ, quarum metu ne prospicere quidem posse hostium
 quisquam crederetur. His satis prouisis prope ipsum crepusculum triplex acies
 nostrorum instructa, conisque galearum minatus mutans, scalas uehentibus
 multis imperium conabantur insilire, iamque resultantibus armis. & tubis uno,
 parique ardore. Hincinde pugnabatur audaci conflictu, latiusque sese pandente,
 Romani cum Persas occultari uiderent, fauore impositorum aggeribus tormen-
 torum pulsabantur inaniter, & cum lignibus, & dolabris, & uectibus, scalæque
 propinquabant, utrinque conuolante missilium crebritate adflictabant, tamen
 multo uehemènius Persas rectius uarij balistarum tanquam per transfennam à di-
 uis fructilibus decurrentes. unde fortunas suas ita in extremo iam cogitantes
 destinaram ruebant in mortem, & perciti munera dimicandi inter necessitatis
 articulos relictis, qui mœnia tuerentur referare latenter postica strictis gladijs,
 ualida manus erupit, pone sequentibus alijs, qui flammam occulte portabant.
 Dumque Romani nunc instantes cædentibus, nunc uultro incessentes excipiunt,
 quæ uehebant foculos repentes incurui prunas unius aggesti inseruere uictoris
 ramis arborum diuersarum, & iunco, & manipulis constricti, cannarumque con-
 ceptis incendiis aridis nutrimentis iam cremabantur, militibus cum intactis
 tormentis exinde periculoque digressis, ut certaminibus finem uesper deceden-
 tes, partesque discesserunt ad ocium priuatum. Imperator in uaria sese consilia de-
 ducens, & uersans eum excidio Phœnicia dirius imminere necessaria rationes
 suggererent, quod munimentum uelut insolubile claustrum hostium excursi-
 bus erat obiectum, & serum repellere tempus, certaturus leniter ibi statuit immo-
 rari alimentis destituendus, forsitan cedere existimans Persas, quod secus atque
 rebatur euenit. Cum enim remissius pugnaretur, innuente celo undante cum
 tenebræ aduenere minacibus, ad siduisque imbribus, ita immatuerat solum, ut lu-
 ti glutinosa mollities per eas regiones pinguisissimi cespitis omnia perturbaret,
 Mm sed super

Sagittis in-
cessabantur.Corbes fer-
reae.Cibo refectus
& somno.Coni nutan-
tes.Volante mis-
silium crebrita-
te.Necessitatis
articuli.

Foculi.

Glutinosa
mollities lu-
ti.

sed super his iugiter fragore tonitrua, fulgurâq; mentes hominū pauidas per-
 terrebant. Accedebat arcus caelestis conspectus, adsiduâq; species undâ, itaq;
 ignari à solis oppositu colores ostendi. Halitus terræ calidioris, & humoris
 spiramina conglobata in nubes, exindêque disiecta in asperginis parua, ac ra-
 diorum fustione splendida facta, supinantur uolubiliter contra ipsum igneum
 orbem, irinq; confirmant: Ideoq; spaciose curuamine fumosam, quod in no-
 stro panditur mūdo, quem spheræ dimidiâ partim rationes physica superpo-
 nunt, cuius species quantum mortalis oculus cōtuetur, prima lutea uisitur, secū-
 da flauescens, uel fulua, picea tertia, quarta purpurea, postrema ceruleo concre-
 ta, & uiridi, hac autem mixta pulchritudine temperatur. Id terrenæ existimant
 mentes, quod prima eius pars dilutior cernitur, aëri concolor, circūfusq; infu-
 sa est paulo excitatior, q̄ lutea. punicea tertia, quod solis obnoxia claritudine
 pro receptatione spiritus fulgoris eius purissimi è regione deflorat. Quarta igit
 purpurea ideo quod ter immicante asperginū densitate, per quas oritur radio-
 rum splendor, conspiciens offendit aspectu flammeo propiorem, qui color
 quanto magis diffunditur, cōcedit interulum, & uirentem arbitrat. Alij tunc
 iridis formam rebus apparere mundanis, cum altius dilata nubes crassæ radijs
 solis infusi lucem iniecerint liquidam, non reperiens exitum in se conglobat, ani-
 mōq; splendescit ad trito, & proximos quidem albo colores sole sublimior de-
 cerpit: subuirides uero nubes similitudine superiectæ, ut mari solet usuenire,
 ubi candidæ sunt, undiq; littoribus inliduntur interiores sine ulla concretionē
 ceruleæ. Et quoniam indicium est permutationis aureæ (ut diximus) à sudo aë-
 re nubium concitans globos, aut contra ex concreto immutans in serenam lati-
 tiam cælum: Ideo apud poetas legimus sæpe nimirum de cælo hinc uerti neces-
 se mitti, cum præsentū rerum sit status. Suppetūt aliæ multæ opiniones & ua-
 riæ, quas dinumerare nunc est superuacuum, narratione redire unde digressa
 est festinante. His ac talibus imperator inter spem metuinq; iactabatur, ingra-
 uescente hyemis magnitudine, super ea regis Persarum stratus insidijs. Inter
 quæ aris inopia exasperari milites uerebatur. super his urebat eius anxiam men-
 tem, quod uelut patefacta ianua diuitis domus, inritus propositi reuerte-
 tur. Quas ob res amisso uano incepto, hyematurus Antiochiæ redit
 in Syriam, erumnosam perpeffus æstatem & atrocem, diūque
 deflenda. Venerat enim hoc quasi fatali cōstellatione, ita
 regente diuersos euentus, ut ipsum Constantium di-
 micantem cum Persis fortuna semper sequere-
 tur afflicto: unde uincere saltem per
 duces optabat: Quod aliquoties
 meminimus contigisse.

Iris uersico-
 for.

Spēs mūdi
 uaria.

De colorib⁹
 arcus.

Cur apud
 poetas iris
 nūntiat.

Fatalis con-
 stellatio.

Ammiani